

longinquo adueherentur: Tum etiam Vicinarum urbium exemplo ducti:
 eo confugere constituunt. Qui omnino etiam plerique non desperabant
 fore: ut post effusam hanc fortunæ tempestatisque seuitiem ad patriam re
 uerti possent. Iamque Athila ad portas urbis aderat. Hic uero non inuenio
 apud ullum scriptorem: quonammodo ea sit potitus. Expugnata ne: an
 derelicta: an uero tradita per deditionem. Sane in eo omnes concordant:
 Direptam atque excissam. Et magnam oppidanorum partem: quas prædi
 ximus insulas: & littora tenuisse. Duas uidelicet propinquas: Riualtum
 & Oliuolum: tum alia duo littorea Methamaucum & Albiolam: Cur illas
 potissimum: postea planius dicemus. Simili terrore perculsa patauina op
 pida Adeustum quod nunc Este: Monsilicis & montium patauinorum
 populi Palantes: trepidantesque confugiunt. Hi philistinam: quæ nunc pe
 lestrina: & Clodiam: quæ nunc Clugia: & brintillas: & caput aggeris in se
 derunt. Vincentiæ nobilis urbis: ut Celio placet: similis quoque fuit fortu
 na. Nec ipsi non etiam: quia propinqua erant stagna: ad condendas Vene
 tias: satis magnum conuenarum numerum contulerunt. Cæterum captis
 uno fere cursu: excissisque tot urbibus: haud uisum barbaro abire longius
 ab alteris castris: Quæ contra Aquileiam stabant. Reuersus urget obsi
 dionem multo quam antea diligentius. Placuit plerisque scriptoribus: Aquileiã
 primam fuisse urbem: quam euerterit Barbarus. Deinde ad alias itum.
 Mihi probari nullo modo potest obsidio tam lenta. Nam siue tris æsta
 tes Athila consumpsit apud Aquileiam: ut Paulo Diacono placet: siue mi
 noris fuit temporis obsidio: ut alii uolunt: Et ego magis existimo: Diutur
 nam tamen & durissimam fuisse obsidionem omnes consentiunt. Non igitur
 uideo quo pacto ea regioneque ampla admodum: nec segetum feracissi
 ma: pascere potuerit tantum hominum iumentorumque: ut consistere pos
 set diutius in his locis. Maxime quum illi Romanæ classes mare claude
 rent. Adde: quod Aquileienses cæteraque oppida ad rumorem aduentantis ho
 stis: corrupisse segetes omnes & pabula: aut in munitas urbes comportas
 se uerissimile est. Nihil igitur prohibuit Athilam ad alias urbes ducere: Et
 Aquileiensem obsidionem non relinquere. Quod ad utranque rem satis: su
 perque copiarum illi superesset. Dum circa eam urbem tempus terit: littorei
 populi: & insulae res nihil ultra mouere: quam ut expectarent euentum Aquileiæ.
 Athilana uero multitudo consumptis omnibus: quæ ex tot urbium præ
 da diripuerat: Aegrius quotidie: ferre circa unam urbem iam diutius tene
 ri: Et in exercitu feri prius capta inter milites secretiora colloquia. Queri
 deinde propalam spargereque uoces: Cibaria sibi iumentisque poscentium.
 Solere Hunnos ferro mori. Et in acie pugnantes: non fame inediaque.
 Quid nam uenissent in Italiam diuitem illam & opimam: Si circa unius ur
 bis muros tabescendum erat? Crudeliora pati obsidentes: quam obscessos:

in Riualtu olimoli
 Methamaucum & Albiolam
 hic pelostina & clugia & alia